deve operare in generale per il mondo intero e ordinare tutti gli stati, avrà un'autorità utile, in modo che non ci sarà nessun pontefice. Ancora, è chiaro dall'ordine della rivelazione che verrà dopo il flagello temporale del tempio carnale e mentre incombe l'immediata venuta dell'anticristo".<sup>174</sup>

L'identificazione papa-angelo si iscrive nella storia, perché egli è un papa dal potere riformatore. Mentre "incombe l'immediata venuta dell'Anticristo" – dice, invece, espressamente l'autore del *Tractatus* – "non ci sarà nessun pontefice", perché non saremo più nel tempo storico. Più che un rifiuto del papa-angelo siamo di fronte a un altro ordine di pensiero, di conferma che il papa-angelo è un papa il cui avvento è procrastinato in un tempo che si conta in pochi anni – due per Dolcino –, cioè si iscrive nel futuro prossimo in senso stretto, ed è questa la ragione per cui in tutti questi testi soltanto il primo papa della serie, di tre (*Epistola Merlini*), quattro (*Liber de flore*) o cinque papi (*Expositio super Apocalypsi*), di cui si attende l'avvento è definito come *pastor angelicus* e/o come papa-angelo.

## 7. Conclusione

Le riflessioni di Gregorio Magno sulle gerarchie celesti, sulle quali torneremo nel dettaglio in altra sede, ci ricordano che l'interesse della Roma papale per le dottrine gerarchiche dello Pseudo-Dionigi sono antiche. Frequenti, hanno segnato momenti fondamentali dell'evoluzione storica della tradizione pseudo-dionisiana. Soltanto nel Duecento, però, la *persona pape*, ossia la persona istituzionale del papa, definito *primus et supremus hierarcha*, appare progressivamente e con determinazione estratta da ogni gerarchia pseudo-dionisiana. Si tratta di un'evoluzione che ha la funzione di sostenere l'affermazione del concetto secondo cui il papa è *vicarius Christi* e che avviene sotto l'influsso del profondo interesse per lo Pseudo-Dionigi che si sviluppa negli *Studia* di Parigi e di Oxford.

L'apice di questa evoluzione è raggiunto con l'ampia riflessione di Agostino d'Ancona nella *Quaestio XVIII* della *Summa de potestate ecclesiastica*, che abbiamo analizzato più sopra, volta a dimostrare la superiorità del papa rispetto agli angeli in ambiti fondamentali della sovranità pontificia e della *plenitudo potestatis* del papa, in termini di giurisdizione, dominio, conoscenza, onore, e mediazione di salvezza (amministrazione dei sacramenti). Si tratta in un'operazione intellettuale e ecclesiologica volta a sostenere e definire la funzione del pontefice romano, vicario di Cristo, con l'aiuto di una ricca argomentazione, inedita per contenuto e radicalità, e rimasta insuperata fino alla prima età moderna.

L'interesse storico delle riflessioni dell'Agostiniano è messo in particolare evidenza da una coincidenza tematica e cronologica che non può passare inosservata. Come è ben noto, già nei primissimi anni del Trecento, una ventina d'anni prima della *Summa* di Agostino d'Ancona, si assiste infatti alla nascita di una ben più nota relazione tra il papa e gli angeli, quella che possiamo qui genericamente definire come il 'mito' del papa angelico, la cui prima diffusione letteraria avviene in uno spazio di tempo relativamente ristretto (1300–1306).

Da un dettagliato riesame testuale di questa prima fase della storia testuale del 'papa angelico' emerge che in un primo tempo, sotto l'influsso della tradizione bizantina, il papa

---

<sup>174</sup> Potestà, "Dall'annuncio dell'Anticristo" (cit. sopra, n. 98), p. 344: "Patet autem ex hiis quod, cum ille angelus sit operaturus generalia toti mundo et omnes status ordinaturus, quod habebit auctoritatem utilem, ita quod nullus pontifex erit. Iterum ex ordine revellationis patet quod venturus est post temporale flagellum ecclesie carnalis et instante adventu antichristi".

di cui si attende l'avvento era definito e presentato come "custodito" o "incoronato" da angeli, ma che già nella prima redazione del *Liber de flore* (1300–1305) il *pastor angelicus* è identificato con insistenza come angelo – una vera e propria novità. Tutto ciò significa che in questa prima fase testuale del mito del 'papa angelico', la relazione del papa con gli angeli non è univoca, perché il papa di cui si attende l'avvento può essere definito con l'aggettivo *angelicus*, o descritto come custodito o incoronato da un angelo o identificato come angelo.

Ciò che poi qui conta è poter osservare che anche il passaggio dall'aggettivo *angelicus* al sostantivo *angelus*, ossia il passaggio da *pastor angelicus* a papa-angelo si giustifica in termini di affermazione dell'autorità papale. Forte è il desiderio di vedere il papa-angelo coinvolto in molteplici operazioni di pace, sia all'interno della cristianità latina che nei confronti della cristianità greca. Nel *Liber de flore*, il *pastor angelicus*, definito *homo fidelis*, è di fatto un angelo di pace, ed è proprio in virtù di questo coinvolgimento, prioritariamente di natura temporale, che l'autore del *Liber* insiste nel volere identificare il *pastor angelicus* con un angelo. Si osservi inoltre che, se è vero, come aveva avvertito Ernst H. Kantorowicz nel suo celebre libro *I due corpi del re*, che il termine *angelicus* sottolinea il carattere di perfezione del sovrano, ciò avviene ancor più con l'identificazione del sovrano con un angelo. Nelle lettere di Dolcino il ricorso all'identificazione del "papa santo" di cui si attende l'avvento come angelo (della chiesa di Filadelfia) si spiega per la necessità di conferirgli autorità, la cui origine è divina: un solo "papa santo" regnerà nella Chiesa, non "eletto dai cardinali", ma "direttamente da Dio".

Sotto questo rispetto, l'evoluzione raggiunge il suo apice nella *Expositio super Apocalypsi* (1306), il cui autore non si limita a definire *pastor angelicus* il papa di cui si attende l'avvento: il suo trattato è infatti interamente consacrato all'autorità e alle funzioni che dovrà svolgere il primo della serie dei cinque papi che saranno chiamati a riformare la Chiesa, l'unico a essere identificato con l'angelo inviato da Dio a Giovanni (Ap. 1). Anche nella *Expositio* la perfezione è condizione indispensabile all'esercizio della sua autorità: il papa-angelo, "candido per purezza", "santo e veritiero", agirà da *correptor ecclesiarum* e presiederà "con autorità spirituale su tutti i prelati dei sette stati di predicatori". L'angelicità del suo potere deriva dall'attuazione del programma ideale che riguarda la sua persona e la sua autorità. Purezza e perfezione, sia in termini di persona che di autorità.

Come si vede, il 'mito' del papa angelico e la metafora secondo cui *papa maior est angelis* rinviano a relazioni del papa con l'angelo o gli angeli profondamente diverse per modalità di esercizio dell'autorità del pontefice romano, vicario di Cristo. Per il 'mito' del papa angelico l'identificazione con l'angelo serve a conferire al pontefice di cui si attende l'avvento prossimo un'autorità di servizio alla Chiesa, volta a riformare la Chiesa e a instaurare la pace nella società (politica) del suo tempo, senza interventi nella riflessione ecclesiologica della sovranità papale. L'estrazione della figura del papa dalla gerarchia celeste e terrestre pseudo-dionisiane, o se si vuole, il concetto di *primus hierarcha*, e ancor più le riflessioni di Agostino d'Ancona sulla superiorità del papa nei confronti degli angeli – *papa maior est angelis* –, sostengono invece inequivocabilmente la *plenitudo potestatis* del papa in termini di giurisdizione e di mediazione di salvezza. È questa diversità di approccio all'autorità del pontefice romano che spiega la differenza fondamentale che distingue queste due storie di relazioni tra il papa e gli angeli – e ne giustifica l'esame.

Differenze fondamentali si avvertono anche sul piano temporale. Nei testi che attestano la nascita e la prima diffusione del 'mito' del papa angelico (1300-1306), soltanto il primo della

serie, dei tre, quattro o cinque papi di cui si attende l'avvento, è definito con un riferimento all'angelo: o come "custodito dagli angeli" (*Epistola Merlini*) o come *pastor angelicus* e angelo (*Liber de Flore*) o come angelo di Filadelfia (Dolcino – atteso entro due anni) o come angelo inviato da Dio a Giovanni e angelo di Filadelfia (*Expositio super Apocalypsi*). In tutti questi testi l'azione del *pastor angelicus* o del papa-angelo è attesa come imminente. Nella riflessione che mette in evidenza il papa come *primus et supremus hierarcha* (e.g., Bonaventura) e in quella che elabora una concezione di superiorità del papa nei confronti degli angeli (Agostino d'Ancona) non vi è invece nessun riferimento temporale, ovvero il presente si iscrive in un futuro immutabile, perpetuo, in linea con la concezione della "perennità" della funzione della Chiesa romana e del papato nella storia, fino alla fine dei tempi. Ed è per questa ragione che la riflessione di Agostino d'Ancona riguarda aspetti strutturali dell'autorità del papa, in termini di *plenitudo potestatis*, dalla giurisdizione alla mediazione sacramentale di salvezza. Essa non riguarda immediate aspettative di riforma o comportamenti di natura morale. Almeno nella prima fase di diffusione del 'mito' del papa angelico, l'attesa del *pastor angelicus* e del papa-angelo si iscrive in un tempo storico ravvicinato, perché se ne attende una rapida azione di correzione e di riforma. In Agostino d'Ancona, invece, l'autorità del papa affonda nel presente e nel futuro immutabile della perennità della Chiesa e del papato.

Il 'mito' del papa angelico e le riflessioni di Agostino d'Ancona sulla superiorità del papa nei confronti degli angeli rinviano quindi a due modalità diverse di esercizio dell'autorità del pontefice romano, vicario di Cristo. L'autore della *Expositio super Apocalypsi* insiste varie volte nell'identificare l'angelo-papa come "simile al Figlio dell'Uomo", ossia come vicario di Cristo, ma vede la funzione del papa-angelo, vicario di Cristo, volta alla pace e alla riforma della Chiesa. Per Agostino d'Ancona, il papa è superiore agli angeli in quanto vicario di Cristo nell'esercizio della sua *plenitudo potestatis* e di mediazione di salvezza. Intorno al 1300 e nei primi decenni del secolo XIV la relazione del papa con gli angeli serve quindi a elaborare due strategie diverse e per certi aspetti opposte della funzione del pontefice romano, due modi di intendere il papato nella storia: da un lato un papa-angelo vicario di Cristo atteso come "puro, modesto e povero", sostenuto dall'autorità che gli è conferita dalla perfezione angelica; dall'altro, un vicario di Cristo la cui superiorità rispetto agli angeli sostiene metaforicamente l'universalità della sua autorità: sull'universo orbe, tra la terra e il cielo oltre che sui vivi e sui morti.

Non a caso queste due storie di relazioni tra la figura del papa e gli angeli si affermano sull'onda dei due pontificati che più di ogni altro si sono opposti nella memoria storica. Sono infatti i pontificati di Celestino V e di Bonifacio VIII ad aver creato le condizioni culturali, mentali ed ecclesiologiche, perché, nei primi due decenni del Trecento, l'autorità e l'azione del pontefice romano nella storia fossero ripensate e rimodulate. Il 'mito' del papa angelico lo fece iscrivendo la figura del vicario di Cristo in una prospettiva di povertà, umiltà e purezza, presupposti indispensabili per poter fondare la sua autorità sul concetto di perfezione angelica. Per riaffermare la *plenitudo potestatis* del vicario di Cristo nella sua massima espressione di universalità e di mediazione di salvezza, Agostino d'Ancona, sulla scia di una tradizione che si era imposta nei decenni precedenti, pose invece la figura del papa in competizione con gli angeli. Definito *inter Deum et hominem* da Innocenzo III, il pontefice romano assurse via via nel corso del secolo a *vir divinus in Deo manens* e a *primus hierarcha* come Cristo, e quindi, con Agostino d'Ancona, a "più potente degli angeli" (*maior angelis*).

*Appendice I*  
*Liber de flore* (1300-1305)  
papa “custoditus ab angelo” – “pastor angelicus” – “angelus”

*Liber de flore*, 1<sup>a</sup> redazione

Arras, Bibliothèque municipale, ms. 138 ff. 97r-98v [A];  
Genova, Biblioteca universitaria, A IX 27, ff. 126va-  
128rb [G]<sup>175</sup>

[1] Ego vero extimo quod tribulacione futura totaliter terminata, et non ante, **angelus domini** sedebit in solio suo sacro. **Angelum dico, quia vere poterit angelus domini appellari**, licet homo fidelis. (A f. 97r; G f. 126vb-127ra)

[2] Hic pauper modestus et sapiens quia etiam **revelacione angelica** consignabitur post multam discordiam inter pastores discordie et afflictionem universalem iam dictam. Hunc virum dei absconditum **ab angelo custoditum**. **Angelus enim custos** ipsum annunciabit. (A f. 97r; G f. 127ra)

[3] Licet Merlinus asserat virum de petra mortuum mortuus est spiritualiter quia vita seculi separatus est (...). Et licet non affirmative dicam videtur michi quod idem vir de petra erit **angelus prelibatus**. (A f. 97r; G f. 127ra-rb)

[4] Et tria me movent ad opinionem predictam. Primo quia videtur homo in etate decrepita congestus. Secundo quia pauper, exiguus, religiosus. Tercio et ultimo quia **ab angelo custoditus**. (A f. 97r; G f. 127rb)

[5] Et Merlinus asserit ipsum carcere detrudi, quod verum est, et ideo in ipso carceris ergastulo michi videtur **ab angelo custodiri**, quare **custodiri ab angelo** vel propter sui bonitatem preclaram vel qui tenebit eum in carcere ipsum volet perdere quod **angelus** non permittet (...). (A f. 97r; G f. 127rb-127va)

*Liber de flore*, 2<sup>a</sup> redazione

Nürnberg, Stadtbibliothek, Cent. IV, 32,  
ff. 56v-62r [N]

[1] Ego vero extimo quod tribulacione futura totaliter<sup>2</sup> terminata erit vel paulum post et non ante, **angelus domini** residebit in solio sacro sancto. **Angelum dico, quia poterit angelus appellari**, licet homo fidelis. (f. 56vb)

[2] Hic pauper nudus, modestus et sapiens qui etiam **revelacione angelica** consignabitur, post multam discordiam inter pastores, et inter motores orbis et afflictionem universalem iamdictam. Hunc virum dei absconditum **ab angelo custoditum**. **Angelus domini custos** eius est, et angelus ipsum annunciabit. (f. 56vb)

[3] Licet Merlinus asserat virum de petra venturum et de petra mortuum dicens (...). Et licet non affirmantur dicta, videtur mihi quod idem vir de petra erit **angelus prelibatus**. (N f. 56vb)

[4] Et tria me movent ad oppinionem iamdictam. Primo quia videtur homo in etate decrepita constitutus. Secundo quia pauper nudus, exiguus, scilicet quia religiosus. Tertio et ultimo quia **ab angelo custoditus**. (ff. 56vb-57ra)

[5] Et Merlinus asserit<sup>3</sup> ipsum carcere detrudi, dicens quando maior<sup>4</sup> stella nigra apparebit tibi, vade nudus in inferiora terre i. vade in carcerem tenebrosum. Quod verum puto quod Merlinus dixit, et ideo in ipso carceris ergastulo,<sup>5</sup> dico ipse **ab angelis custodiri**, quare **custodiri ab angelo**, quia propter sui bonitatem preclaram debet **ab angelo custodiri** (...). (f. 57ra)

<sup>1</sup> I *pieds de mouche* sono soltanto in A.

<sup>2</sup> taliter *cod.*

<sup>3</sup> asserat *cod.*

<sup>4</sup> qui est regulus *supra lineam*

<sup>5</sup> i. quia capiatur a regulo *supra lineam*

[6] Regnum Cecilie cui dominus dabit opem et operam efficacem **angelus** supradictus rectificabit in unum laceratum. Montes excelsos equitabit<sup>6</sup> et potens faciet ut transire possit<sup>7</sup> de monte ad montem usque ad fines seculi duraturos. (A f. 97v, G f. 127va)

[6] Regnum Sicilie cui dominus dabit opem et operam efficacem **angelus** supradictus rectificabit in unum quod est nimium laceratum. Montes excelsos<sup>13</sup> equabit et potens faciet ut transire possit<sup>14</sup> de monte ad montem usque ad finem seculi durationis. (f. 57rb)

[7] Rex vero Siculus supradictus qui nimis sibi amicabitur et duo lactantes<sup>8</sup> de posteritate ipsius benedictionem accipient ab **angelico pastore** (...). (A f. 97v, G f. 127va)

[7] Rex vero supradictus qui nimis sibi amicabitur et duo lactantes de posteritate ipsius benedictionem accipient ab **angelico pastore** predicto (...). (f. 57rb)

[8] **Pastore angelico** suadente<sup>9</sup> Ytalici<sup>10</sup> unum fient. Eciam Merlino testante, barbare nationes et gentiles longiqui lampadem corruscantem super caput **sacri pastoris** videbunt et de ipsius lumine illuminari totaliter affectabunt et illuminabuntur ab eo. (A f. 97v, G f. 127vb)

[8] **Pastore angelico** suadente, Ytalici unum fient. Etiam Merlino testante, barbarice nationes et gentiles ac omnes Ytalici unum fient.<sup>15</sup> Longiqui lampadem coruscantem super capud<sup>16</sup> **sacri pastoris** videbunt, et de ipsius lumine illuminari totaliter affectabunt et illuminabuntur ab eo. (f. 57va)

[9] Hic vere recto vocabulo **servus servorum** recte poterit appellari, quia licet dominus et magister omnium tamen<sup>11</sup> minister et servus dei, non verbo sed opere ad propellendam et radiciter exterminandam zizaniam a diuturno tempore seminatam. (A f. 97v, G f. 127vb)

[9] Hic vero recto vocabulo **servus servorum** dei poterit appellari, quia licet dominus et magister sit omnium, tamen minister et servus erit, non verbo sed opere ad propellendam et radiciter exterminandam zizaniam a diuturno tempore seminatam. (f. 57va)

[10] Ideo **angelicus pastor** nil quasi de temporalibus se intromittet sed baculo suo regiones visitabit terras. Ita quod procurante sollicito **pastore** predicto et exercente dominio temporali inter Grecam et Latinam ecclesiam fiet unio perpetuo duratura. (A f. 97v, G f. 127vb-128ra).

[10] Item **angelicus pastor** nil quasi se de temporalibus intromictet, sed in baculo suo regiones visitabit et terras. Ita quod procurante sollicito **pastore** predicto et exercente dominio temporali inter Grecam et Latinam linguam ecc.<sup>17</sup> unio perpetuo duratura. (f. 57vb)

[11] Ex grecis ut extimo tempore **pastoris angelici** aliqui ex ipsis in complices<sup>12</sup> sacri soli assumentur, ut unio sit in omnibus roborata. (A f. 97v-98r, G f. 128ra)

[11] Ex grecis<sup>18</sup> ut extimo tempore **pastoris angelici** aliqui vero ex ipsis Grecis<sup>19</sup> in sacro solio assumentur<sup>20</sup> et in sacri solii complices eligentur, ut unio sit in omnibus roborata. (ff. 57vb-58ra)

<sup>6</sup> om. A

<sup>7</sup> posit G

<sup>8</sup> latentis A latentes G

<sup>9</sup> suadente angelico A

<sup>10</sup> Italici A

<sup>11</sup> cum G

<sup>12</sup> complices codd.

<sup>13</sup> i. superbos equabit cum humilibus *supra lineam*

<sup>14</sup> i. quia humiles possint esse iuxta superbos *supra lineam*

<sup>15</sup> i. non erunt partes *supra lineam*

<sup>16</sup> add. marg.

<sup>17</sup> Nella prima redazione si legge *ecclesiam*, parola che N ha sostituito con *linguam*, cui segue *ecc. unio perpetuo duratura*. Nell'interlineo, sopra *ecc.* un correttore ha scritto *ar(um)*, e un secondo ha aggiunto *fiet*.

<sup>18</sup> i. thetonicis *supra lineam*

<sup>19</sup> teotonicis *supra lineam*

<sup>20</sup> i. cardinalibus *supra lineam*

[12] **Sacrum pastorem** predictum extimo quod pretermittere non intendo, in principio sui domini ad partes gallice sub generosi regis potencia applicabit<sup>21</sup> et antequam firmus sedeat in solio sacro sancto pugne et contenciones erunt innumere (...). (A f. 98r, G f. 128ra)

[13] **Spiritualis pastor** et temporalis rector erunt voluntatis unius et perfeccionis unius, quod unus ordinabit alter executioni mandabit. (A f. 98r, G f. 128rb)

[14] De **pastore angelico** supradicto qui non pastor sed rectificator potius dici potest, iterum<sup>22</sup> dico quod multa comprehendet quia eciam maris insulas circumdabit et viam sicco pede calcandam ab Europa in Asiam statuet, ita quod orientales nunquam cum occidentalibus discordabunt. (A f. 98v, G f. 128rb)

[12] **Sacrum pastorem** predictum extimo quod preterire non intendo, in principio sui domini ad partes Gallie sub generosi regis P. potencia applicabit et antequam firmus sedeat in solio sacro<sup>23</sup> pugna et contenciones erunt innumere (...) (f. 58ra)

[13] **Spiritualis pastor**<sup>24</sup> et temporalis rector<sup>25</sup> erunt voluntatis unius et perfectionis unius, quod unus ordinabit alter cito executioni mandabit. (f. 58ra)

[14] De **pastore angelico** supradicto qui non pastor sed rectificator potius dici potest multa comprehendet qui etiam maris insulas circumdabit et viam sicco pede calcandam ab Auropa in Asiam statuet, ita quod orientales numquam cum occidentalibus discordabunt. (f. 58rb)

[15] Mediolanensis civitas mundificabitur (...) et que in tempore tribulationis iamdicte recipiet bonitate **pastoris** signaculum virtutis (...). (f. 58rb)

[16] Marcha Anconitana dolorosa ter divisa post scandala, guerras, divisiones turpissimas exortas in ea ad statum rectificationis deveniet mediante<sup>26</sup> **angelico pastore** predicto et de tribus partibus una fiet (...). (f. 58rb)

[17] Babyllonica urbs capud et frenum mundi. Roma ad nichilum fere deveniet in temporalibus, sed in spiritualibus quod parum remanserit multum gaudeo (...) sed mediante **pastore** prefato **angelico** peccata laxabunt (...). (f. 58va)

[18] Tu qui legis forte tibi confusum intelligere erit non dubito. Set in illo tempore glorioso **pastoris angelici** qui scriptura<sup>27</sup> presenti carebit<sup>28</sup> non sibi bene erit, non de presenti opusculo intelligas, sed de scriptura de qua facio mentionem.<sup>29</sup> (f. 61ra)

---

<sup>21</sup> aplicabit G

<sup>22</sup> item A

<sup>23</sup> quod est in Urbe in basilice Petri s. sancta per regulum *supra lineas*

<sup>24</sup> s. papa *supra lineam*

<sup>25</sup> i. imperator *supra lineam*

<sup>26</sup> nota lector *supra lineam*

<sup>27</sup> i. malatia *supra lineam*

<sup>28</sup> malarum scripturarum *supra lineam*

<sup>29</sup> i. de tribulatione ventura *supra lineam*

[19] Plura sacra ordinamenta<sup>32</sup> fient et omnia essecutioni debite mandabuntur per **angelicum pastorem** predictum, ita quod convertentur cuncta in usum, et rationem bonam iuxta mandatum evangelicum quod erit plenissime observatum. (f. 61ra)

[Commentario di Arnaldo da Villanova?]

[20] Celi narrabunt gloriam dei etc. Hic incipit **pastoris angelici** tempus describere tam quoad circumstancias eiusdem<sup>30</sup> quam quoad contingencias sui temporis, ubi non est expositio necessaria, quoniam ibi<sup>31</sup> sermone non utitur enigmatico sicut supra. (...) / inter Bonifacium et **pastorem angelicum** solum unum pontificem ponere videtur (...). (A f. 98r, G f. 126va)

[21] Cum igitur de successoribus non exprimitur nisi unus clare insinuatur quod qui futuri sunt usque ad **angelicum** in perversitate forent sine malicia uniformes. (A f. 98r, G f. 126vb)

[22] (...) clare insinuat quod talis mathematicus erit quicumque pastor qui erit ante **pastorem angelicum**; qui vere erit cauda drachonis i. postrema pars corporis eius (...). (A f. 98v, G f. 127ra)

---

<sup>30</sup> eius *A*

<sup>31</sup> ubi *codd.*

<sup>32</sup> s. ex legibus nouis *supra lineam*

*Appendice II*  
*Expositio super Apocalypsi (1306)*<sup>1</sup>

[1] I, 8 [Prooemii revelationes] (...) Cum igitur in hoc prooemio exprimat quod Ioanni revelavit *per angelum suum quae oportet fieri cito*, et per angelum, ut infra dicit, designentur universi praecones incorrupti evangelicae veritatis, patet eum in hoc prooemio significare quod aliquando *missurus est* ad Ecclesiam suam, scilicet ad fidelium multitudinem, **pontificem vel praelatum fidelem et vitae caelestis ut angelus**, qui veris praeconibus evangelicae veritatis ostendet vel *palam faciet*, id est certissimis documentis notificabit, *quae oportet fieri cito*, ita quod veritas huius dicti vel adverbii “cito” **complebitur in illo pontifice seu angelo figurato**, quia tunc verificabitur absolute (...). (ed. Carreras i Artau, pp. 17-18.409-417)

Haec autem espositio abominatur investigare quaecumque soli curiositati serviunt et attestazione pullulant adversarii, **ut quis erat ille angelus, vel si erat Christus in specie angeli**, vel si Ioannes vidit omnia hic descripta in uno raptu vel in uno momento (...). (p. 21.519-522)

[2] I, 12 Prima visio. Hic autem, ubi primam visionem describit, primo narrat visa quae pertinent ad perfectionem **correptoris ecclesiarum**, secundo narrat visa vel ostensa quae pertinent ad ipsarum correptionem. (p. 29, ll. 770-72)

[3] I, 13 Et, vidi inquam, IN MEDIO SEPTEM CANDELABRORUM AUREORUM SIMILEM FILIO HOMINIS: NON DIXIT FILIUM HOMINIS, sed *similem ei*, ut innuat quod visa quae hic describuntur non tantum conveniunt Christo, sed etiam ministris revelationum suarum imitantibus eum, sive in forma personalis apparitionis imitentur ut figurans qui Iohanni apparuit, sive in zelo et conversatione ut figuratus.

VESTITUM PODERE: poderis est vestis sacerdotalis candida et talaris (...) prout autem **ad supradictum pontificem**, designat conversationem sanctam informantem infimos et superiores Ecclesiae. (p. 29.775-786)

[4] I, 15 Pedes eius similes aurichalco (...) Sic pedes Christi, scilicet activi, maxime veri praecones eius, qui, sicut proferendo Christi doctrinam sunt os ipsius, ita sunt sunt pedes ferendo eum per diversas partes humani collegii (...) Quales etiam erunt **pedes vicarii Christi superius memorati**, scilicet documenta et opera quibus feretur de populo in populum, quia per exempla fervidae caritatis et rutilabunt et scintillabunt; et omnes praedicti pedes ponuntur in camino ferventis zeli et sollicitudinis ad promotionem evangelicae veritatis.

Vox illius tanquam vox aquarum multarum, per quod designatur doctrina efficax (...) Et talis erit similiter doctrina memorati **vicarii**, ut in regulis et etiam hic iam supra fuit expressum, et inferius etiam declarabitur. (p. 31.815-834)

[5] I, 16 ET HABEBAT IN DEXTERA SUA SEPTEM STELLAS, per quod designatur spiritualis potestas eius super praelatos omnium ecclesiarum (...) Sed **vicarius praememoratus** praeerit spirituali auctoritate cunctis praelatis septem statuum praedictorum.

ET DE ORE EIUS EXIBAT GLADIUS ACUTUS EX UTRAQUE PARTE, id est iudicialis sententia (...) Sed **vicarius eius supratactus** iudiciali sententia resecabit superfluitatem tam facultatum temporalium quam spiritualium morum.

ET FACIES EIUS LUCEBAT, SICUT SOL LUCET IN VIRTUTE SUA, scilicet in meridie serena, per quod designatur perfecta sanctitas (...) et PREDICTUS VICARIUS LUCEBIT, SICUT CHRISTUS, in plena vitae ipsius imitatione, quantum ad conversationem cum ceteris fidelibus. (pp. 31.835-32.857)

---

<sup>1</sup> Arnaldus de Villanova, *Expositio super Apocalypsi*, cura et studio J. Carreras i Artau, cooperantibus O. Marinelli Mercacci et J.M. Morató i Thomas, Institut de Estudis Catalans i Union Académique Internationale, Barcelona 1971.



[6] I, 17 ET CUM VIDISSEM EUM, id est cognovissem perfectionis eius sublimitatem, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus: quod ideo factum est, ut designetur quod respectu sanctitatis aut perfectionis Christi (...) et cum tali aestimatione sui ad pedes cadat, hoc est infimis electorum se ipsum conformet, sicut faciet verorum praeconum coetus in contemplatione **vicarii memorati**.

ET POSUIT DEXTERAM SUAM SUPER ME, ad designandum quod et Christus et **praedictus eius vicarius** praeconibus vere se humiliantibus dexteram imponunt spiritualis auctoritatis (...).

Primo per considerationem ordinis in mittente sive praecipiente, quia, sicut dicit, est primus et novissimus: Christus enim est *primus* (...) et *novissimus* (...) Prout vero extenduntur ad **vicarium supradictum**, loquentem coetui praeconum, est sensus: Noli timere, quia ego, qui sum in Ecclesia *primus* in dignitate vel auctoritate et *novissimus* in humilitate promptitudinis ministrandi et obsequendi cunctis hominibus in promotionem evangelicae veritatis, non desisto ferventer promovere; multo minus tu debes desistere. Nam, si ille qui summam habet auctoritatem non timet mori pro veritate Christi promovenda, multo minus timere debent quibus mors nullam subtrahit dignitatem. (pp. 32.858-33.887)

[7] I, 18 Secundo animantur per considerationem victoriae mortis in mittente (...) prout autem ad **dictum vicarium** retorquentur, sensus est: *Noli timere* abiectiones et contemptus, quia ego sum *vivus* per fidem et caritatem, et *fui mortuus*, id est contemptus et abiectus a notis et ignotis, et *ecce sum vivens* per fidem et caritatem etiam ad omnes contemptores meos, *in saecula saeculorum*, quod vos maxime facere debetis (...).

Tertio animantur per considerationem potestatis in mittente vel praepatore, cum dicit: ET HABEO CLAVES MORTIS ET INFERNI, quasi dicat Christus (...). Sed **pontifex supradictus** ait: *Noli timere* contemptus et abiectiones, quia ego habeo potestatem supra mortem, id est coetum mundanorum pontificum seu clericorum, qui corrupto exemplo carnalis vitae lumen vitae spiritualis extinguunt in populo christiano; et super *infernum*, id est pseudoreligiosos, qui ea deglutunt quae sunt a Deo damnata. (p. 33.889-914)

[8] I, 20 Sunt ergo quae requiruntur ad **perfectum correptorem** ecclesiarum per ordinem supradicta, silicet: **ut sit similis Filio hominis, id est imitator Christi**, ita scilicet, ut in vita perseveranter sit candidus per munditiam.

Item quod superfluitates non solum carnales sed etiam spirituales restringat.

Item quod plenam sive magnam habeat sapientiam in notitia divinae veritatis.

Item quod in zelo custodiendi et promovendi veritatem divinam et in contemplatione ipsius ferveat perspicaciter.

Item quod in operibus exemplitiis rutilet caritate.

Item quod in doctrina sit efficax ad fecundandum animas et mundanum.

Item quod habeat auctoritatem spiritualem.

Item quod per iudicalem sententiam resecat utriusque superflua.

Item quod in conversatione cum aliis fulgeat imitatione Christi et apostolorum.

Item quod praecones veritatis mittat cum auctoritate spirituali.

Item quod eos animet sive ad constantiam praedicationis confortet.

Item quod praceptum ordinate praedicandi sive docendi iniungat.

Item quod aenigmata vel dubia sacrae veritatis exponat sive declaret eis.

Omnis igitur **vicarius vel minister Christi qui voluerit similis esse Filio hominis** debet habere dictas tredecim circumstantias; ad quam similitudinem habendam cum Christo deputatur signanter ille minister qui ad regimen et correptionem ecclesiarum in Christo specialiter vel generaliter constituitur, propter verba quae supra proponuntur ecclesiis ad earum correptionem et exhortationem: primo accipiuntur prout sunt verba Christi loquentis ad Ioannem, et ad ecclesias quibus Ioannes dirigitur; secundo prout sunt verba vicarii Christi praedicti ad praecones et ad ecclesias quibus praeconizabunt. Ubi etiam proponuntur verba quae angelus loquens Ioanni exprimebat vel referebat ex parte Christi aut Dei, designantur ea quae dictus **vicarius** proponet ex parte Dei et Domini Iesu Christi ecclesiis per praecones. (pp. 34.949-35.972)

[9] III, 7 Ecclesia Philadelphiae. Sextum tempus universalis Ecclesiae primo respicit in quo famosius claruit status regularium militantium spiritualiter cum abdicatione communis et proprii, deinde

regulares eiusdem status in tempore **vicarii supradicti**: quod tempus pars est non prima nec media, sed ultima temporis sexti; et recte tali statui convenit interpretatio Philadelphiae, scilicet «haerentem Domino salvans», quoniam status evangelicae perfectionis antonomastice salvat Domino adhaerentes. (pp. 56.121-57.129)

III, 9 **Vicarius autem Christi supradictus**, qui erit *sanctus* in vita et *verus* in doctrina et qui habebit *clavem David* in potestate summi pontificatus ad ordinandum plene de templo Dei sicut David, *dabit ostium apertum* per exemplum clarum evangelicae perfectionis et per enucleationem principalium sensuum sacri canonis, *servantibus verbum eius*, silicet obedientibus suis monitis et doctrinae, et non negantibus nomen eius, quod est nuntius Dei, quia vere confitebuntur quod sit missus a Deo pro reformatione veritatis et sanctitatis catholicae; *dabit etiam illis de synagoga satanae*, ut supra. (p. 59.195-204)

[10] X, 1 **ET VIDI ALIUM ANGELUM**. Hic, ut describitur reformatio catholicae sanctitatis futura post subversionem descriptam, principaliter describitur minister reformationis, scilicet **pontifex superius memoratus**, qui tertium statum saeculi non figurative sed realiter inchoabit, **et qui respectu status illius fuit per angelum Ioanni loquentem principaliter designatus, ut supra fuit expositum capitulo primo**. (pp. 141.1-142.7)

X, 8 Usque nunc descripta sunt **opera praedicti angeli** generaliter; consequenter describitur id quod specialiter in praeconibus faciet. (...) ipsa etiam contemplatio caelestium hortatibus eos *ad recipiendum librum*, id est informationem claram, *de manu angeli*, hoc est de editione vel ordinatione illius.

Supra dixit quod **id quod tenebat in manu** erat *libellus*, ut doctrinae brevitate innueret; hic vero, ubi praeconibus traditur, *liber* appellatur, ad innuendum plenitudinem sive perfectionem instructionis quam dabit eis ad intelligendum sacra eloquia. (p. 144, ll. 97-108)

[11] XIV, 17 [Quintus dux] Consequenter describitur actus vel operatio **quinti ducis**, et est **ille pontifex qui concurret cum Antichristo**, cuius tempore undique fervebunt reprobi; propterea describitur hic praedicatio per quam sequaces Christi detestabuntur sequaces draconis et Antichristi.

Ubi primo describitur **pontifex**, cuius auctoritate fiet; secundo praeco evangelicus, qui requiret ut fiat; tertio ipsa praedicatio; quarto effectus praedicationis.

Quantum ad primum dicit quod alius, in persona praecedenti, **ANGELUS EXIVIT**, id est ad notitiam exteriorem pervenit, **DE TEMPLO**, de collegio spiritualium virorum, **QUOD EST IN CAELO**, id est in sublimitate praelatorum (per quae innuit quod de collegio cardinalium assumetur in ducem universalem), **HABENS ET IPSE** et caetera. (...). (p. 193.387-401)

XIV, 18 Quantum ad secundum dicit quod alius, per quod innuit quod **iste non erit de collegio**, **ANGELUS EXIVIT**, id est in publico se monstravit, de altari, hoc est de statu evangelicae perfectionis, in templo siquidem universitatis fidelium: hic status est altare in quo Deo sacrificatur. Sed ut ostendat quod **praelatus erit generalis** in illo statu, subiungit: **QUI HABEBAT POTESTATEM SUPRA IGNEM**, id est praesidet spiritualibus personis ardentibus caritate et lucentibus evangelica veritate (...). (p. 193.403-408)

[12] XVII, 1 [Sexta visio] **ET VENIT UNUS**. (...) Generaliter autem exprimuntur hic quatuor, scilicet: Primum executor sive minister deiectionis, propter quod dicit: Venit, per sublimationem eius ad sedem apostolicam, unus de septem *etcetera*, quia **septimus dictus** paulo ante. Secundo exprimuntur personae quae requirent deiectionem (...) Hiis enim **angelus** **OSTENDET** de facto **DAMNATIONEM** Ecclesiae carnalis. (...). (p. 219.1-22)

XVII, 10 Ad hoc autem exprimendum, sive ad declarandum quid intelligat per illa septenaria, subiungit. **QUINQUE CECIDERUNT**, quia tempore **supradicti angeli** tam populi quam reges pertinentes ad quinque tempora Ecclesiae, quae praecesserunt, iam praeterierint; et **UNUS EST**, quia tempore suo adhuc erit populus saracenorum et rex eorum, quem supra dixit non esse sub ratione bestiae (...)]. (p. 226.230-235)

XVII, 11 Cuius dicti veritas elucidatur in revelationibus extraordinariis, in quibus traditur quod sexto tempore palam evangelica veritas, quantum ad vitam spiritualem, vastabatur a septem statibus Ecclesiae supradictis, et a septem regibus, hoc est summis pontificibus carnalibus, qui fuerunt a Nicolao tertio usque ad illum cui succedet immediate praedictus **pastor angelicus**; ita quod in adventu illius aderit illa bestia in populis statuum praedictorum, sed tunc per illum in interitum ibit, et ideo dicit: In interitum vadit, nunc, scilicet tempore nostro, et in tali bestia portatur actu carnalis ecclesia. Ipsa etiam, respectu illarum septem, dicitur octava, propter sui capita specialia. (p. 227.261-271)

XVII, 15 Non solum autem expressit **angelus praedictus** significatum bestiae, sed etiam aquarum et mulieris sedentis super eas, et ideo dicit consequenter: ET, supple **dictus angelus**, DIXIT MICH: AQUAE, QUAS VIDISTI et caetera, scilicet in descriptione facta in principio huius capituli, POPULI SUNT (...). (p. 228.310-314)

[XVII, 17 Primum est quod, licet a **praedicto angelo** inchoetur deiectionis carnalis ecclesiae, tamen finaliter consummabitur per decem reges designatos in decem cornibus bestiae. (p. 229.340-342)

[13] XVIII, 1 ET POST HAEC VIDI. Descriptis principalibus causis primae deiectionis ecclesiae carnalis, hic principaliter describuntur modus et forma quibus illa deiectionis consummabitur. Quia vero forma deiectionis multiplicior est ex parte deicientium et amatorum deiectae, quam ex parte ipsius deiectae, propterea primo describitur forma deiectionis ex parte illorum; et quia consummationis illius principales executores **erunt summi pontifices qui succedent praedicto**, scilicet per quem inchoabitur, ideo primo introducuntur hic, et **sub nomine unius angeli describuntur**, quia unanimes erunt ad consummationem illius deiectionis; secundo vero describitur ipsa deiectionis. (p. 231.1-11)

[14] XIX, 9 Quia vero per Ecclesiam Christi reformatam dignitas Christi et veritas Dei fiet evidentissima, propterea consequenter describitur qualiter tunc ista per Ecclesiam patefient. Et quia principalis minister omnium agendorum in ea pro complemento iustitiae **pontifex supra descriptus erit, scilicet qui per angelum Ioanni loquentem** secundario designatur, propterea introducuntur hic verba **illius angeli, ut per hoc designetur quid ille pontifex sit facturus**. In quibus verbis exprimuntur tria principaliter.

Primum est quod per praecones generaliter invitabit mortales ad beatitudinis gaudia (...).

Secundum est quod praeconibus manifestabit complementum visionum sive revelationum hic descriptarum (...). (p. 245.70-92)

XIX, 10 Tertium quod faciet dictus pontifex erit **refutatio temporalis honoris aut reverentiae** in augmentum divini cultus, ita quod, sicut prima duo faciet ad promovendum publicam utilitatem, sic faciet istud specialiter ad promovendum publicam iustitiam religionis catholicae, quae est Deum excellenter venerari ac perfecte colere. (...)

Quantum ad primum dicit: ET CECIDI etcetera: per quae verba innuitur quod praecones illius temporis, cognoscentes aperte quod ille sit nuntius Dei (...) **magna devotione fervebunt ad exhibendum ei reverentiam tanquam pro Christi vicario**.

Quantum ad secundum vero dicit: ET DIXIT MICH: VIDE NE FECERIS: per quod innuit quod non solum **recusabit osculum pedis**, sed etiam **prohibebit genuum flexiones**. Et suae refutationis exprimet causam dupliciter. (...)

Secundo exprimet causam ex parte actus vel modi reverendi, qui est modus adorantis, scilicet **flectere genua et incurvare se**; unde, cum actus adorandi soli Deo reddendus sit, modum reverentiae pertinentis ad illum actum praecipiet Deo tantummodo exhiberi; propterea dicit: DEUM ADORA, quasi dicat: Illi soli convenit, et non servis, modus reverentiae quem debet adorans observare.

Quia tamen possent ei dicere praecones quod reverentiam talem exhibent quia certificati sunt per praedicta quod **ipse habeat spiritum prophetiae, cum revelet abscondita secreta eloquiorum Dei**, propter hoc declarabit quod ratione huius tituli non magis ei quam aliis amatoribus veritatis debet talis reverentia exhiberi, quia titulus iste communis est omnibus. (...) (pp. 246.104-247.135)

[15] XXI, 9 Consequenter autem describitur complementum perfectionis Ecclesiae (...) Hic autem primo describitur **vicarius agni caelestis**, qui tunc amatoribus veritatibus cumulum gaudii notificabit elegantiam perfectae compositionis Ecclesiae (...).

Quandum ad primum dicit: **ET VENIT**, per eius sublimationem **ad summum pontificatum**, **UNUS DE SEPTEM ANGELIS** etcetera, qui pro tanto **dicitur unus**, quia septimus erit, non a septenario personarum, sed a septenario phialarum, ut supra fuit expositum, quia de numero illorum erit, quibus convenit effusio septima; per quae verba specialiter innuit quod ex fervido zelo, quo duris increpationibus vel acerbis flagellantur impii qui consummationem Ecclesiae spiritualis impediunt, tunc notificabitur plenitudo suae perfectionis. (...) (pp. 265.154-266.168)

[16] XXII, 6 [Epilogus] Narratis revelationibus istius tractatus, sequitur pars eius tertia, in qua finem imponit operi, repetendo per modum epilogi quae superius expressa fuerunt (...).

Quia vero dictum fuit in prologo quod revelantes fuerunt Christus et **angelus per eum missus**, et auctoritatis revelandi convenit Christo, non solum privilegio naturae divinae, sed etiam humanae glorificatae, propterea prius exprimitur huic auctoritas quantum ad divinam naturam, secundo quantum ad humanam, et **utrobique auctoritas angeli, ut innuatur quod non solum praest angelis per naturam divinam, sed etiam per humanam**. Item in prima prius exprimit **auctoritatem Christi et angeli** quantum ad revelationem, ut dictum est, secundo exhortationem. (p. 287.185-206)

XXII, 17 Consequenter exprimuntur exhortationes Christi, et primo principalis, ad quam scilicet ordinatur immediate praedicta missio angeli; propter quod dicit: Et sponsus: quasi dicat: **Ego misi angelum meum** ad testificandum quae hic revelantur (...). (p. 292.356-359)